



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22





10831





numbers

15 25

25 35

25 Jan

Nulla enim rem
dia que vulnera
libentur
quam que sunt
salutaria. —
salutariae cum

O Dom ap
petamus dominum
per sanctum

Sicut erat
vobis mihi
Ogo vero inquit
in omni omni
per te.

Mr. George Washington

11
I confess it should appear me of the command of the King
Reigned orace ~~to~~ have content some ~~of~~ friendes
proposed poor ~~and~~ just to the cause in his side
for me selfe.

~~Gerard~~ ~~decant~~
~~picare~~ ~~ff~~ ~~H~~

Marc-Friburgo Omnia membra

glorijs fars. Lestibune et fars
oder

I warrant to the
writtinge comynge downe to my
reconiz a wond. That off uppliftinge
gud work plent answere. Great
yng a farr Dolours susyzed
writtinge to the farr

the yere apparet gud
my rewond arche
by yor inducione to sayd
Hoff ^{app} ^{ff} ^{ff} ^{ff} ^{ff}

Monsieur le frere le confidant que le conseil des
Maires de Paris m'a commandé

Monsieur et frere paroys que approuve ~~et accepte~~
bonnes intentz ouy l'ostre au Roi pour Ruy de
Bretagne et le roialme d'Angleterre et arrivé
et au Ruy au temps de . Recours a une
affaire que ne conduisent de orgue
au Report de Bruxelles sur la question de
qui que voulent et bâlent ~~pour laquelle~~
~~que~~ a coulange le Roi de France ayant

Monsieur et frere que contre ce ne payez ~~et~~ ponez
frere que
vint de la Bretagne et demanda qu'il me fust
ordonné que faire ung ~~affaire~~ n'ayant
pas a faire que estant ~~de~~ en la

Monsieur que le dehors payez combien que faire
nt de de la commun que ayent a l'Université

Monsieur que fist dire que ayent une promesse
dans gentilhomme pere en ordonnance

W^W Player le bonnet que le dehors
que ayent a la gentilhommede monsieur que fait ~~et~~ ponez
que mole ayent ~~en~~ envers le roialme que fait ~~et~~ ponez
que a jouté ~~en~~ envers le roialme que fait ~~et~~ ponez
que que ~~est~~ envers le roialme que fait ~~et~~ ponez
que que ~~est~~ envers le roialme que fait ~~et~~ ponez

Monsieur en partie de pere a obteint moy que de

Monsieur que regarde ~~et~~ que ayent
a faire avecques le roialme que fait ~~et~~ ponez

Monsieur que de ce que ayent le Roi que fait ~~et~~ ponez

comme pere a dire a de la Cour que que
que obiect que devant est que ~~et~~ a la

P.S.

to fes demander moy estoys envoies a la court
proces de luy fes obligacion de venir et moy fes
faut pous les dispes du proces que pous voulrois
choisis qoi ne demanday. Dont il esmeut estime
volumenent ~~assez~~ deduable par luy ~~que~~

~~il~~ il pous ~~est~~ foyez et celi esmeut
que trouvez of ales par la ville devant
font regne ne disoit ~~que~~ devant Monsieur
et foy il voud playez ne autre chose endroit
et ne mendez ~~que~~ bon endroit et conseil regne
et puyne faire ma leit venu puyne de Richelieu
suppliation que venu plaste unes quid ~~que~~ de Grand
auquelles ma maintenut a foye Rendre venu a puyne
que si my Rendre ne lais pas a dres de puyne
et venu de tout quitter sur venu offrir moy domino
et puyne auquel le moy appelle ne recommande puyne
et dit Guilleme et de bon come uoyte bon gracie
et a celle de madame ille via force puyne et character
moy dont le fait et assens et longue vid de laud

M

M

Monseigneur et oncle nement le pere que
de vostre grace il vous prie faire faire
ment maintenir sonne L'ordre de
la Rose au Roi sonne Imperatrice d'Espagne
et General Roi prieant en ce present que
les heraldes de la Rose se fassent faire
l'escu d'armes de la Rose gracie et Ordre
du Roi de Castille ma empereur prieant done
que docez et sante fassent
et l'empereur d'Espagne
et sonne Roi prieant que
le Roi de Castille
fist 353613

P. B. S.

Res Mn 10831/9

COMPEN- dium libri secundi, tertij,

ET QVINTI INSTITVTIO-
num Oratoriarum M. Fab. Quintiliani,

Iacobo Lodoico Strebæo authore.

Editio quarta.



P A R I S I S,

Ex Typographia Thomæ Richardi, sub Bibliis
aureis, e regione collegij Remensis.

1560.

Priuilege du Roy.

Il est permis a Thomas Richard, Imprimeur & Libraire de l'Uniuersité de Paris, d'imprimer & mettre en vente vn liure intitulé Compendium libri secundi, tertij, & quinti institutionum oratoriarum M. Fabij Quintiliani nūc primūm in lucem editum, Iacobo Lodoico Strehæo authore, lequel par cy deuant n'a esté imprimé: & defenses a tous Imprimeurs & Libraires de l'imprimer ou vendre iusques a six ans, sur peine de confiscation desditz liures, & d'amende arbitraire.

Ainsi signé du Tillet.

Lectori beneuolo Ioannes ROCHON HEDVVS S.D.



Vando mecum reputo nostrorum hominum rationem, qui certatim de suo non nihil ad posteritatis cognitionē in dies emitūt (lector humanissime) videre mihi video quod in puerili cursu fermè usuuenit. Nā ei qui postremus relictus fuerit (ut meminit Horatius) quasi omnes scabiem imprecantur, sat secum bellè actum iri non putant, nisi concitato studiorum cursu, & præcipiti scriptorum editione cæteros procul à se relinquere existimetur. Iam verò quia dux cæcus est sui amor, plerique in lapides impingunt, qui non pendunt, sed famæ laesionem dum sentiunt, tum

„ Spissæ risum tollunt impunè coronæ.

At qui felicius sibi, mea sententia, consultum experientur, si propriis dominis, hoc est summis authoribus, rem suam sartam teclam permitteret: qui neque (præiudicata opinio cætum potest) si Scriphijs essent, inglorijs: sed illi si Athenienses, tamen haberentur. Marcus Tullius Aristoxenum hominem quanuis eruditum, de animo tamen non patitur disputare. Hæc, inquit, magistro concedat Aristoteli: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Ut autem mea tandem perueniat, quò vult oratio, cùm tot planstra Rheticarum scombros, thus (ut dicit Persius) butyrum etiam metuentum, quæ hodie in luce versantur, diligentius reueluo: cùmque Strebaei, viri omnium quos aluit Academia, in ea re facile principis, opusculum è re-

A ij

gione comparo: lubet iisdem verbis nouos Rethores commone-
facere, hac in parte Strebæo magistro concedant. De officina
tam periti artificis (lector candidissime) hoc tibi per me ad
Quintiliani Rheticam institutionem tutum compendium
nuper extitit. Ecce iterum purgatum lapidibus qui adhuc re-
liqui in editione superiore offendiculo esse poterat, in nomine
tuo perium apparat. Nec vero mihi quicquam acceptum ferri
ante requiro, ut mihi neque seritur hic, quod dici solet, ita ne-
que metitur: feci tantum ut viri clarissimi libellus qui domi
apud me obscurus delitescebat, in publicum aspectum ad com-
munem utilitatem adferretur.

IOANNIS PASSERAT

Trecensis, hexastichon.

Quisquis erit, lector, nimium culpare paratus,

Quod velit hic nullo luxuriare modo,

Eminet ingenti Ciceronis pagina mole:

Assurgitque tuus Quintiliane liber.

Apparere potest super ardua culmina saxum:

Esse tamen pluris gemma minuta solet.

Compendium M. Fabij QVINTILIANI. Ex libro secundo.

Quis modus in arte.



Hetorice non habet leges immutabili necessitate firmatas, sed utilitati rationique obtemperat. Nam prudentis est oratoris partes quinque pro ratione commutare, unam pluresve earum non nunquam omittere, proemium breve aut longum perficere, ad iudicem aut alium, quempiam

sermonem dirigere, dare certum modum ordinemque narrationi, collocare questiones, ac videre qua figura sit utendum, quid celandum, quid aestimationi relinquendum, quid deceat, quid expedit. In his rebus, sicut in militari ac arte pictorum, prudenter dominatur. Tollenda est igitur omnis praeceptionum superstitio, & utilitati consulendum.

Rhetorices etymon, & eius diuisio.

Pew verbum est antiquatum pro dico. Inde pnois, id est, dicentis oratio. Inde pntwp, id est dicendi artifex. Inde pntoexn, dicendi facultas, que verborum, que dicendi scientiam substantiamque ipsam significat. Non bene Latine redditur oratrix aut oratoria. Nam oratoria est epitheton nomen qualita-

A iii

COMPENDIVM

tis, non substantiae: sicut oratrix, personae ac qualitatis. Graeco igitur utendum, quo Marcus Tullius est usus. Rhetorice sic optimè diuidetur in artem, artificem, & opus. Ars erit, quæ disciplina percipi debet: ea est bene dicendi scientia. Artifex qui percepit hanc artem, id est orator, cuius est summa bene dicere. Opus quod efficitur ab artifice, id est bona oratio.

Quid sit Rhetorice, & eius finis.

Rhetorice finitur bene dicendi scientia, cuius finis est bene dicere. Alij faciunt aliam finitionem & alios fines, quos, ut ait Fabius, persequi neque possumus, neque attinet.

An utilis sit Rhetorice.

Sunt qui levibus argumentis infectatur orandi facultatem, quod in euertenda sententia forum, senatum pertubet, quod turbulentis concionibus Reipublicæ perniciem adferat: unde à Lacedæmoniis electa, & ab Atheniensibus recisa sit. Hæc contraria nihil tam bonum, quo mali non abutantur. Nam medicina, philosophia, imperio, cibo, igni, aqua, sole, luna, non alter quam eloquentia abutuntur mali. Ita huic respondendum authoritati Lacedæmoniorum & Atheniensium. Opponitur populi Romani authoritas, cuius Reipub. perutilis fuit ut mulorum, ita Appij Cæci & Ciceronis facundia. Sic autem facundia colligitur authoritas, quod vagam multitudinem coagit in ciuitatem, leges persuasit, mores formauit, sermonem atque rationem (qua à brutis animantibus separamur) semper excoluit. Adde quod defendit amicos, regit consilii senatum, populum, exercitum flectit.

An Rhetorice sit ars.

Non est ars Rhetorice, quæ continetur rebus certis, scientiæque comprehensis, ut artes Mathematicæ. Qualia quædam

sunt in Mathematica, Musica, Geometria & Astrologia. Sed quæ sit obseruata longo usu ac tractatione dicendi. Qualis Grammatice, Dialectice, Physice, Ethice, Politice, & quæ sunt persimiles. Rhetorice, inquit aduersarius, non est ars: quoniam imperiti id faciunt quod orator. partes persequuntur orationis. Quantum, inquies, natura præstat: sed maiora præstabit ars. Ante artem, ait ille, oratores fuerunt. Prudenter dices, loqui sunt, non oratores fuerunt. Demades, inquit, Æschines, Antonius, sine arte fuerunt oratores. Immò verò, inquies, arti magnam operā dederunt: sed aliter fama tulit. At Rhetorice nō habet materiam propriam. Dic habere omnem quæstionem quæ sit oratione explicanda. Inferet ille, At falsis assentitur opinionibus. Respondebis interim falsa pro veris assumere, falsis minimè assentiri. At finem proprium nō habet. Finem habet bene dicere. At Rhetorice nescit quando finem sit assequuta. Scit, inquies, quando bene dixerit. Vitium est aut falsum pro vero dicere, aut affectus mouere. Non, si ad æquitatem, inquies. At qui sibi contraria est. Negabis. Nam aut æquè probabilia, aut probabiliora componit. At præcipit non dicenda. Immò verò dicenda præcipit. Sed in hæc cadunt etiam non dicenda.

Generalis diuisio artium, ex quibus sit Rhetorica.

Artium quædam ἀερηπτικὴ, id est contemplativa, quæ nullum exigit actum, solo studio intellectuque contenta: ut Astrologia. Quædam τεχνηπτικὴ, id est activa, quæ actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, ut saltatio. Quædam ποιητικὴ, id est fictio, quæ operis quod subiicitur cōsummatione, finem accipit, ut pictura. Rhetorice, practice est, et si non nihil habet contemplationis. Interim poëtice, si oratio conscribitur.

COMPENDIVM

Vtra plus conferat eloquentiae ars, an natura.

Est itaque Rhetorice ars ex obseruatione, & ea practice: & quæ natura & præceptis continetur. Quam qui sequuntur, in tria genera distribui possunt. Aut enim hi natura tātum valent, quæ multūm potest sine arte. Aut arte tantūm, & hi frustrā laborant. Aut natura simul & arte, & hi trifariam diuiduntur. Aut enim tenuem, aut mediocrem sumam habent artem. Postremi plus arti: priores duo, plus naturæ debere creduntur.

An virtus sit rhetorica.

Rhetorice est dūrā pūs, id est, quædam facultas, non appetit, id est virtus moralis: nō magis, quam artes reliquæ, quarum materia hæc utitur.

Quæ sit materia Rhetorices.

Rhetorice artis materia non est oratio, non argumentum, non hominis vita, non sola quæstio ciuilis, sed omnis quæstio quæ dicentis tractāda sit oratione. Quia in sententia videtur fuisse Plato in Phædo, Aristoteles in Rheticis, Cicero in Oratore. Ergo, inquit aduersarius, infinitā complectitur materiam. Malè colligis, dices, multiplicem habet non infinitam. Sunt enim rerum genera certa. At, inquit, singulorum est suam tractare materiam, ut philosophi, philosophiam: musici, musicam. Ad hæc, eam quisque tractat artem quam nouit. Sed ea, si sit oratione explicanda, oratoris opus est officio, non eius quia unam quandam sequitur artem. Ergo, inquit, orator sanè perfectus, artem omnem nouerit. tamen id non est necessarium: quia satis est materiam in tempore accepisse.

M. FAB. QVINTIL. Ex libro tertio.

Quod initium Rhetorices.

Nitium dicendi dedit natura, sicut artium categoriarum: incrementum, adiecit utilitas: summam, ratio & exercitatio. Nec potius urbium conditores, aut legum latores, quam ceteri mortales, & quæ linguae sermonisque studiosi.

Quinque esse partes Rhetoricae.

Rhetorice quinque partibus constat, Inventione, Dispositione, Elocutione, Memoria, & Pronunciatione. Inuentio, materiam parit; Dispositio, inuenta collocat: Elocutio, verbis exprimit: Memoria, hæc tria conseruat: Pronunciatio, profere in aurem. Quamobrem seruandus ordo est, & partium numerus, qui ratione constat. Hinc queritur, sitne iudicium pars Rhetoricae? Non magis, quam materia cui annexitur. est enim fusum per omnia. Altera est questio, an præter dispositionem sit ordo? Non est, inquires. Nam dispositio rerū est: verborum collocatio, elocutionis. Tertia alia est questio, debeatne memoria quartum tenere locum, quæ videtur esse inventionis custodia? Dic ideo locū ei quartum dari, quod tres primas teneat partes. Quarta, sintne istae partes Rhetoricae, an officia, an opera dicentis? Respondēdum hæc verba, Inuentio, Dispositio, &c. multis modis usurpari. Nam aut rationem tantum significant & methodum inueniendi, disponendi, &c. quæ præceptis constet, ita pares sunt artis. Aut propititudinem partam & habitum inueniendi, disponendi, &c. ita partes sunt facultatis. Quatenus autem significant actum

B

2. *Cultusq[ue] antea de p[ro]p[ri]etate p[er]fectio[n]e historie, no[n] tamen in iuris, causarum, p[re]merita, repre-
sentatione p[ro]posita, p[ro]p[ri]o iure, et iure acq[ui]so, et tempore p[er]ficiuntur, et resumuntur, iuris
d[omi]ni, operationibus, p[ro]positis, cum frumentis, et iure, p[er]fectio[n]em, et resumuntur, p[er]fectio[n]em, et resumuntur,
deinde aut equum, et p[er]fectio[n]em, et resumuntur, p[er]fectio[n]em, et resumuntur, p[er]fectio[n]em, et resumuntur.*

COMPENDIUM

inueniendi et disponendi, sunt officia oratoris. Quatenus rem, inuenientam, dispositam, et opera sunt, non partes.

Tria esse genera causarum,

*Tria sunt genera dicendi, Demonstrativum, Deliberati-
vum, Iudiciale. Hic ostenditur oratoris officium aut in iudiciis
esse, aut extra. In iudiciis, iudiciale est. Quando extra, p[re]-
rita sunt demonstrationis, futura deliberationis. Item, aut cer-
ta, aut incerta proponuntur. Certa, in demonstrationem cadunt:
de incertis, si nostrae potestatis sunt, deliberamus: si non sunt, ad
iudices referimus. At, inquit, sunt infinita prop[ri]e generū que-
stiones. Sunt, inquieres, numero quidem distinctæ, non genere,*

quod est scitu optimum. Ars autem ex genere et specie est.

*Nam questio[n]es omnes in unum trium generum cadunt, aut
trium communes sunt: ut conciliare, narrare, docere, augere,
interpretari, describere, confirmare. pro quibus facit Plato.*

Genus autem demonstrativum est duplex. Aliud ad solam

ostentationem comparatum, aliud ex officio publico. Prius

emidebetatio[n]e dicitur, alterum e[st] exhortatio[n]e, quod ostentationis

etiam habet partem. Horum trium generū materia est nō ho-

nestum, aut utile, aut æquum: sed omnis questio Rhetoricae.

Quibus continetur omnis ratio dicendi:

Facultas orandi perficitur natura, arte, et exercitatione.

*Orator docet semper, monet, et delectat. At non semper
idem de rebus dubiis, sed aliquando de certis agit. Questio-
nes aut legales sunt, in iure et scripto atque verbo positæ;
aut rationales, in re et aequitate. Item questio[n]es qua-
dam finitæ, quæda infinitæ. Infinitæ, dicuntur theses, questio-
nes generales, questio[n]es uniuersales, questio[n]es philosopho-*

M. FAB. QUINTIL.

conuenientes. Sunt autem quæ nullo certo rerum personarū que complexu continentur. Omnes quæstiones infinitæ, aut sunt contemplationis, siue scientiæ, aut actionis. In priore qua- ritur an est, quid est, quale est. In actione præterea queritur quomodo adipiscamur, et quomodo utamur. Quæstio finita, siue specialis, siue particularis, siue hypothesis, siue causa, est ex certo rerum personarūque complexu. Rerum, ut an hæc do- mus corruet. Personarū, an Milo Clodium occidit. Vtique quæstio oratori subiicitur, et ab hypothesi ad thesin deriuare potest. Quæstio, neque est finita, quæ non habeat suam finitam quæstionem.

Quid sit status.

Sedis à Gracis dicitur, à Latinis status et constitutio, et quæstionis caput: est enim quod vulgus puctum vocat in dis- putatione. Sic autem finitur: Status, est omnis quæstionis vis, et id quod nascitur ex prima conflictione. Et quoniam tot sunt status, quorū quæstiones, et aliae quæstiones magis sunt præcipua, aliae minus: magis etiam et minus præcipui sunt status. Vulgus ita dicit, hoc puctum magis est principale, hoc minus.

Vnde ducatur status, et reus an
actor statum faciat.

Status propriè non dixeris primam depulsionem, neque eum quem facit is qui probare vult: sed quæstionem ex pri- ma conflictione nascentem. Quæ et si ab intentione et depul- sione conflatur, tamen magis est depulsionis: quia nulla est controværsia, si nihil respondeatur: et pro ratione depulsionis variatur status. Quod si is qui intendebat, mutata vice de- pellat, si ratione depellit, statum facere potest. Status omnis est quæstio. Quæstiones autem à substantia sunt, an est,

B ij

COMPENDIUM

Argumentum

Indefinitione

aut quid est: aut ab accidentibus, quale est, & quantum est,
&c. Substantias, qualitas, quantitas, ad aliquid, ubi, quando,
facere, pati, habere, compositum esse, praedicamenta sunt, circa
quae versatur omnis questionis. Alij questiones sic diducunt a
personis & rebus. A personis autem, ut ab animo, corpore &
rebus externis. Res diuiduntur in locum, tempus, occasionem,
opere, numerum, causam, rationem, & occasionem factorum.

Quot & qui status.

Quia variae sunt res unde status ducuntur in tanta rerum
multitudine, plurimae de statu sunt opiniones. In omni re tamē
queritur an est, aut quid est, aut quale est. Id est coniectura, si-
nitio, qualitas. Nam rem esse constat, aut non constat. Si dubi-
tatur, an est queritur, & sit coniectura. Si constat esse, aut de
re nomine queritur quid est, aut de accidentibus quale est.
Deinde quicunque responderet, aut id negat quod dicitur, aut
aliud nomen imponit, aut aliam contendit esse rationem. Sta-
tus legales subiiciuntur his tribus: quorum Ambiguitas ad
coniecturam pertinet: Syllogismus ad qualitatem: Contrarie
leges, & scriptum & voluntas, partim ad coniecturam, par-
tim ad qualitatem. Adiecerunt aliij translationem: sed ea

Quintiliano non est status. Finitio autem tam rationalis,

quam legalis est.

Genus demonstrantium cum sit duplex (ut antea dictum

est) unum quod negotiis adhibetur, & alterum quod ostendit

probationem desiderat: hoc, speciem probationis. Lau-

dantur autem aut vituperantur personae, res, & facta. Per-

sonae sepius, ut deorum & hominum. Quod fit duobus prae-

Argumentum

*Quia de questione ut fatus
 locutus est, hinc quoniam
 quae in questione componeantur
 quae in parte ut deorum & hominum
 probatio erit. In amendo excepimus.*

*Propterea in pontificione
 debet esse constitutio et res
 hoc iustitiae nomine
 proponitur quod faciat, ut
 utrum ergo non est in omnibus
 ad mortales animos datur
 tractandum: non dum dubium
 remanentur, sed de aucto
 per certius habentes
 cibos et rursum sibi
 subvenientur. Et caro &
 fuisse dicitur. Et Nelsont
 enim fuisse est. Nelsont
 et ceteros continentur
 componeantur. Hoc spicilem*

de omni loco ponendum: moni-

festum est et auctoritatem colla-

*borat. Et si oportet et res
 conformaret postea in modis
 tamquam summis et subtilibus
 probat. Et si postea in modis
 probat. Et si postea in modis
 probat.*

Quod fit

*Et si postea in modis
 probat. Et si postea in modis
 probat. Et si postea in modis
 probat.*

*Et si postea in modis
 probat. Et si postea in modis
 probat. Et si postea in modis
 probat.*

pùè modis: priore, cùm gradus temporum, gestarimque rerum
 ordinem sequimur. Posteriore, cùm certa quedam capita no-
 bis proponimus, quibus laus uniuersa contineatur. In illo spe-
 ctantur tria temporum momenta. Quæ antecesserunt: ut na-
 rio, patria, parentes, &c. Quæ cum personis fuerunt: ut bona
 vel mala animi, corporis & fortunæ, seruato etatum ordine.
 Et quæ post mortem sequita sunt, ut pompa funebres, statuae
 constitutæ, ingenuorum monumenta. In altero cùm propositæ
 erunt certæ virtutum ac vitiorum species, singulis assignare
 oportet, quæ secundum quanque earum gesta erunt. Cate-
 rùm ab iis omnibus, dum diuerso modo tractantur, tam vi-
 tuperij, quam laudis materia petitur. Sed videndum illud
 est diligenter (quod monet Aristoteles) quo quisque loco lau-
 detur aut vitupereatur: ut ea dicatur, quæ iis probentur, apud
 quos res agetur.

De deliberatio.

Pulcherrima quidem illa est sententia, nihil esse utile, nisi
 quod honestum: sed cùm secundum magis communes intelle-
 ctus sit loquèdum, hæc discernuntur. Itaque utilitatem, finem
 esse dicimus generis deliberatiui: in quo & status omnes lo-
 cum habent, & futura ac præterita tractantur. Hoc in duo-
 bus est officiis, suadendi & dissuadendi. Proximum in deli-
 beratione priuata aut nullum est, aut breve. In publica tale
 sæpe est, quale in iudiciis. Item in priuata nulla narratio est
 eius rei, de qua sententia dicenda est. Potest esse rei ad causam
 pertinentis. In publica illa etiam est, que ordinem rei docet,
 & affectus postulat. Ad hæc cùm tria sint ad fidem facien-
 dam spectanda semper, quid sit id de quo deliberetur, qui sint
 qui deliberent, & qui sit qui suadeat: illud tamen in primis,

COMPENDIVM

de quo deliberandum est: ut, si ne honestum, utile, possibile,
si suadetur: vel contraria, si dissuadetur. Atque hoc non simpliciter solum, sed etiam comparare. Necessarium non cadit in deliberatione. Deinde vero personam intuemur, quae in nobis et iis qui deliberant, posita est. Sunt autem consideranda, decoris causa, sexus, dignitas, etas, et cetera quae quanque personam decent. Errant qui existimant dicendi genus in sua oris plane diversum esse ab eo quod est in causis iudicibus. Placuerit etiam verborum magnificientia, sententiarum pondus, exemplorum usus: breuitas quoque aut copia, non genere materiae, sed modo.

De iudiciali.

Generis iudicialis duas sunt species, accusatio et defensio. Vtiusque quinque partes, proemium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. Reliquae, accessiones sunt et ornamenta. Neque detrahenda est (ut sentit Aristoteles) refutatio. Sed ex his non ut quidque primum dicendum, ita primum excogitandum est. Ante omnia cogitare oportet, quod sit genus causa, quid queratur, quid proficit, quid noceat. Deinde quid confirmandum atque refellendum sit: tum quomodo narrandum, postremo quemadmodum iudex sit conciliandus. Nec tamen probauerim, ut proemium nouissime scribatur. Inspicienda est enim materia, quo praecepimus ordine scribenda quo dicimus.

De generibus causarum iudicium.

Causa alia est simplex, quae unius rei controversia constat. alia coiuncta, quae plurium. Additur tertium genus, quod dicitur comparativum. Huc refertur antiqua velatio.

Quid sit questio, ratio, indicatio, continens, in causis iudicibus.

Questio multis modis sumitur. Sed hic intelligitur, ut per

eam significamus summā illam, in qua causa vertitur, ex qua
nascitur status, ut, an factum sit. Graci vocant Σύντηξις. Ratio
est qua factum defendit, ut cū respondet Orestes, Iure oc-
cidi matrem: quia patrem meum occiderat: hoc actio dicitur.
Iudicatio est, de qua pronunciatur: ut, an debuerit matrē vel
nocentem filius interficere: appellatur ab aliis κρίσις. Con-
tinens, quod επωνύμος nominatur, licet alij firmamentum pu-
tent, alij firmissimam argumentationem defensoris, qua subla-
ta lis esse posse: tamen iudicatio, status, & continens, idem
videtur mihi significare.

EX LIBRO QVINTO.

De probationum diuisione.



Robatio siue ratio omnis, inartificialis est,
aut artificialis. Inartificialis partes habet,
præiudicia, rumores, tormenta, tabulas, iusu-
randum, testes. Quæ ratione non ad artem
pertinet, sed ratione tractandi.

De præiudiciis.

Præiudicium, res est antè iudicata, quod vulgus appellat
Arrestum: siue de re pari, siue ad causam pertinente, siue de
causa eadem. Firmatur auctoritate eorum qui pronunciaue-
runt, & similitudine rerum, de quibus queritur. Refellitur re-
rum dissimilitudine, aut actorum negligentia, aut infirmitate
personarum in quas iudicatum est, aut gratia, aut inuidia, aut
ignorantia, aut repudiatione iudicium: quæ quidem rara est,
ut etiam Senatus, principum ac magistratum.

De rumore & fama.

Fama & rumor hic idem sunt, testimonium vel sermo

Argumentum

Quæratione

Quæratione

COMPENDIUM

multorum. Id si pro te facit, dic esse consensum ciuitatis, & publicum testimonium. Si contra te, dic sermonem inimicorum falso dissipatum: cui malignitas initium, incrementum dederit crudelitas.

De tormentis.

De tormentis aut habitis aut habendis agitur. In illo, quis & quem torserit, & quomodo. Sintne vera expressa, an etiā falsa. In hoc, quis & quē postulet, & qua causa. Pro tormentis, dicimus eam esse fatendi vera necessitatem. Contra tormenta illud erit, Dolorum patiens facile mentietur. Infirmitus, necessariō. Sed hæc apud nos plane nullius sunt momenti.

De tabulis.

Pro tabulis & contra tabulas agitantur authores earū & quæ ea tabulis dicuntur. Nunc verba, nunc sententiae, nunc una pars, nunc multæ. Aut sigillatim, aut inter se comparaté. Quod penè infinitum est. Hic igitur cæteris probationibus opus est.

De iureiurando.

Qui iusjurandū adferunt suum, nihil aduersario deferunt: aut se vita tueruntur & vi religionis: aut ratione, quæ nō sit eadem in veroq;: aut quòd propter alias probations iurare etiā velint, aut nō recipere oblatū iusjurandum. A multis cōtemni iurisjurandi metū dicunt, consuetudine peccādi: & q̄ deos nō esse, aut rerum humanarum curam non habere arbitrētur. Et eius rei adferunt argumentum, quòd nullo offerēte iurare velit aduersarius, tanquam rem facilem leuēmque facturus. Qui ab aduersario exigunt, dicunt illum constitui causæ iudicem. Qui recusant, si ab iis exigatur, excusant, rem sibi non esse notam: aut se probare malle quod dicant, quam suspicionem

malam de se relinquere. Periculorum est deferre optionem iudicis aduersario, & ex eius aduocatis indices eligere.

De testibus.

Testimonia, aut per tabulas, aut à præsentibus datur. Quæ tabulae refelluntur, aut signatorum impudentia, aut absentium diffidētia, aut inimicitiis eorum qui sponte scripserūt, premūtur. Contrario loco confirmantur. Pro testibus, & in testes dicitur aut actione, aut interrogatione. Si actione primus est locus de toto genere testimoniū: alter de una gente: alter de singulis. Hæc actio est duplex, alia separata, ut in Vatinium testem: alia permista, ut pro Cluētio. Testes præsentes aut sunt voluntarij, aut quibus denūciatum est. Voluntariis solus utebatur accusator. Eos domi exercebat: paratos producebat coram iudice. Cautè interrogabat. Quibus denūciatū est, aut reū lædere volunt, aut nolūt. Si volunt, faciēdum est ne cupiditas appareat: quod fiet simplicitatis imitatione. Si nolunt, arte cogendi sunt: & si fieri nō potest, in suspicionē adducēdi. Vel accusator, patronos suos cōmiserit testes. Si reum iurare, pro se facere demonstrabit. Si lædant, in eorum vitam dicet, aut ignoratiā, aut odium & inimicitias. Deinde singulos interrogabit, pro cuiusque natura: quædā in causa, quædā etiam extra causam. Ut ergo autem & actor & patronus, suos testes aduersariis testibus compareare potest: & testes argumentis, & testes tabulis, & litigatoriū gratiā. Ad testimonia referuntur deorum responſa, oracula, auspicia, & omne diuinationis genus præterea.

De probatione artificiali.

Peccant qui pueriliter in locis amoenis spatiātur, relicta argumentorū subtilitate. Argumētis, ut ossibus, & nervis: affectibus autē, ut carne decoris gratia utendum est: maximē ubi

COMPENDIVM

res probata. Argumentorum sunt hæc communia. Omne argumentū aut est à rebus, aut à personis. Itē aut ex re ipsa, aut extrinsecus assumitur. Itē ex antecedentibus, vel consequentibus, vel repugnātibus. Itē ex tempore preterito, aut iuncto, aut futuro. Itē aut maius, aut minus, aut par. Itē aut proprium, aut cōmune. Itē vel necessariū, vel credibile, vel nō repugnās. Tandē in argumentis quadruplex est ratio: ut, Si hoc est, hoc nō est. Si hoc est, illud est. Si hoc nō est, illud nō est. Si hoc nō est, illud est.

De signis.

Signū propriè est, quod ex eo de quo queritur natū, sub oculos venit, ut sanguis ex cæde. Signum est quoddā necessariū, Græcè τὸ μένεον. Quoddā nō necessarium, Græcè οὐμένον dicitur. Quoddam in contrarium recurrit: ut, vivit, igitur spirat. Quoddā nō recurrit: ut, mēsis est, ergo satū est. Itē signū quod dā necessariū, & illud nō est argumentū, sed probatio quædam inartificialis. Quoddam dubium, & illud eget argumento. Sit igitur quædā infirma probatio. Quoddā probabile, quod argumentū est propriè dictum. Ergo propter duo priora genera, signum separatur ab argumentis, non autem propter tertium.

De argumentis.

Argumentum, nunc fabula est, nunc tragœdia, nunc coœdia, nunc omnis ad scribendū destinata materia, nunc probatio. Sic finitur. Ratio est per ea quæ certa sunt, fidem dubiis adferens. Sub argumento est έθύμημα, id est animi conceptus. Illius est probatio cū ratione, ut pallet, igitur timet. Quæ ratio si est à repugnantibus, verum constituit enthymema: ut, eum non lafit amicus. Est & sub argumento ἔπιχερημα, id est aggressio, videlicet aduersarij, vel confirmandæ propositionis. Tribus partibus constat: ut,

Nil mors ad eos qui non sentiunt:

Mortui nihil sentiunt:

Ad mortuos igitur nihil mors est.

Cū syllogismo conuenit, nisi p̄ illam figurā admodum religiose non seruat. Mēbrū argumēti tertium est πόλεις, id est demonstratio, vel euidēs probatio, quæ tractatur vel enthymemate, vel epicuremate. Argumēta dicūtur non ea quæ necessaria sunt, sed credibilia: & ea quæ firmissima, aut propensiora, aut non repugnātia: ut ab his sumātur, quæ probatione non egeat. Qualia sunt quæ aliquo sensu percipiuntur, quæ cōmuni opinione recepta sunt: quæ legibus cauta: quæ moribus constant: quæ sunt probata: & quibus aduersarius nō cōtradicit. Quæ non deerūt ei, qui vim rerū cognouerit. Locus argumēti sedes, à loco rerū per translationē dicitur. In personis, unde argumēta ducuntur, per istas spectātur, id est appēdices vel circūstātiæ. Genus est in parentibus & maioribus. Natio, id est gens, ut Gallorū: patria, id est ciuitas, ut Roma. Sexus, ætas, educatio (quæ disciplinæ est) habitus, id est ratio corporis & species. Fortuna, bona vel mala, ut opū & inopia. Cōditio, quæ vulgo status hominis nuncupatur. Natura animi, in virtutibus & vitiis. Viētus, id est ratio cibi potūsq;. Studia cuiusq; artis, affectus animi ad naturā pertinēt. Hec omnia referūtur præcipue ad causas, sed etiam ad cōiuncta. Itaque in Top. Ciceronis nō habentur. In rebus quæritur causa, locus, tempus, facultas, modus. Causa est aut præteriti aut futuri. Item causa bonorū aut malorū. Bona adipiscimur, augemus, seruamus, in usu habemus. Mala vitamus, deiicimus, aut imminuimus, aut convertimus. Quod si ex causa malorum, bona venire credamus, & contrā inde existit error. Causæ suggesterunt argumenta, iu-

COMPENDIVM

vāntq; nonnūquā finitiones. Locus ad conieclurā pertinet, ut
frequens, deſertus. Aliquando ad ius, ſacer an prophanus: ali-
quādo ad iuris quæſtionem, ſine reſ priuata de tēplo ſublata,
ſacrilegium. Tēpus in omni genere dici potest quoddā ægōros,
quoddā ægōps, id eſt occaſio. Nunc ad conieclurā, nunc ad
qualitatē, nūc ad iuris quæſtionē adhibetur. Tēpus oſten-
dit id quod negotiū präcedit, aut comitatur, aut ſubsequitur.
Subsequētibus iūctus eſt caſus & euētus. Facultas vires oſte-
dit, & inſtrumēta. Modus, quēadmodum quid ſit factum. A
perſonis & rebus propria quodāmodo naſcuntur argumenta.
Comunia ſunt, à finitione que eſt triplex. Quādā verbis vni-
uersam vim cōprehendit: quādā enumerat partes, quādā no-
men explicat. Ita tres ſunt loci ad explicandū totū, & tria ge-
nera finiēdi. Comunia fiūt & à genere, & à ſpecie, ſiue forma:
ut ſi nō eſt virtus, nō eſt iuſtitia: ſi iuſtitia eſt, virtus eſt. Pro-
priū ſuccedit duplex. Quod ſoli accidit, & quod nō utiq; ſo-
li. Reliqua omnia, quibus reſ à re diſſert, diſſerētia nominan-
tur. Et propriū quidē diſſerens eſt: ſed non omne diſſerens pro-
priū. Per genus, diſſerentiam, & propriū finimus. In finiendo
progrediendū eſt, donec ſit propria definitio quam facimus, id
eſt, rei noſtræ tantū cōueniat. Diuifio, eſt generis in formas.
Partitio, totius in partes. Diuifio, tū ad definitionē, tū ad ar-
gumentū valet. In enumeratione, duas partes ſiue formas fa-
cimus, aut plures. Ex duabus aut unam colligimus, aut utrā-
que, aut cōtrā refelliſimus. Expluribus, aut omnes tollimus, aut
unam veram relinquimus. Diuidendū eſt diligenter, ne quid
malē omittatur. Ab initio, incremento, ſumma, inuicē ducun-
tur argumenta, quæ ſunt cōſentanea. A ſimilibus, unde fieri
ſolet induc̄tio. A diſſimilibus, quæ ſunt diſſerētia. A cōtrariis

quæ sunt quadripartita, ut Cicero tradit in Topicis. Ex adiūctis, quæ dicuntur consequentia, ἀρθρά, ex quibus quædā naturaliter cōgruūt, quædā ex opinione, quædā sub eandē ratione veniunt. Qui patiuntur in actionē & tempus, nugātur: quia his duobus omnia cōtineri nō possunt. Probationes item eruimus ex causis vel effectis. Ex causis, aliæ necessariæ, aliæ non. Item quædā necessariò ex una parte, ex altera necessariò non recessunt. In his autē queritur vis, atque natura rerum, quid quidq; efficiat. Nec causa remotior q̄ pars sit, petenda est. Coniugata sunt, quæ cùm sint ab eodē ordine, varie tamen inflectūtur: ut iustus, iustitia, & iuste. Cōparatio ultimus est locus. Quædā maior, quædā minor, quædā par. Facit autem ad coniecturam, ad qualitatē, ad finitionē. Et eius ratio est adeo diuersa, ut numero cōprehendi nequeat. Fictio dicitur per omnes locos. Ea est quæ proponit aliquid quod verū si & id de quo queritur, simile facit. Cuius est usus in omni statu. Argumenta cōmunia trahuntur ex locis antedictis. Propria subministrantur à causa. Quæ si ad locos reduci possunt, tamen nihil est necesse. Argumenta propositionibus adhibentur. Idcirco propositiones antè reperiendæ, quæ nulla arte traduntur. Earū quædā maiores, quædā minores. Quæ nascuntur à maioribus, quædam propria, & quædam communes. Item quædam per se valent, quædam querunt probationem. Vbi propositio inventa fuerit, non ex omnibus locis conuenient argumenta: sed prudentia, quid subseruierit, indicabit. Nec loci multū iuabant, nisi exercitatione facultatem consequāre.

De exemplis.

Exemplum similitudinē, cōparationem, & res gestas complectitur, & inductionem, quæ est ex multis similibus. Exē-

COMPENDIVM

plum autem est aut simile, aut dissimile, aut contrariū. Nunc ad ornatū, nunc ad probationem valet. Nunc totū simile, nūc ex parte, interim maius, interim minus. Exemplum esse dissimile circumstantiis ostenditur: ut genere, tēpore, loco. Contrariū quidem dissimile est: sed non quicquid est dissimile, illud est contrariū. Exemplum notū significatione satis est: ignotū, melius est totū exponere. Exempla, alia sunt res gæstæ, alia poëtica, alia μυθικὰ, alia sunt παροίμιαι proverbia allegorica, alia παραβολῶν sine collationes, quæ & à propriis, & à mutis, & inanimis sumuntur: alia imagines. Item exēpla quædā re ipsa similia, quædā similia videntur, & non sunt. Ad exēpla pertinet analogia, quæ est proportio rerū. Soluitur per dissimilia & cōtraria. Perinet etiam authoritas gentiū & populorum, ut Atheniēsium: sapientū virorū, ut Biātis: clarorū, ut Catonis: poëtarum, ut Homeri: & eorū quæ vulgo iactantur, ut amici, ut opes. Eodem refertur authoritas deorū: ut oracula, respōsa, vaticinia, & dictum singulorum, ut iudicis & aduersarij.

De usū argumentorum.

Vsus est argumentorum, ut rebus apertis ea non adhibeas, sed dubiis: & ea quidem quæ confessa sint. dubiis enim dubia probari non possunt. Tamen sunt quædā in alterius rei probationē adducta, quæ ipsa probanda sunt. Et illa firmiora sunt, quæ ex dubiis facta sunt certa. Quæ autē per se infirma sunt, cùm singula sumuntur, congregāda sunt. Valebunt enim grādine, si non fulmine. Præterea ex iis quædā nō satis est ponere: sunt etiā adiuvāda. ut, si cupiditas vel ira causa sceleris fuit, ostendēdum est quātum efficiat in animis hominum talis affe-ctio. Et si cuiusq; affectionis, ut iræ & cupiditatis, causa pro-feratur, multūm hoc proderit. Sed non omnibus argumētis quæ

occurrunt, index est onerādus: quia tædiū adferunt & fidem destrahunt. Probationes etiam patheticæ multūm valēt. Considerandum est, apud quē agimus, & quid illi probabile maxime pos̄it videri. Vt nedū probationibus ex affeueratione: quæ quidem firmiores sunt, ex sua cuiusque persona: hoc autē in illarum collocatione est præcipue obseruandum, sic ordinentur, ut causa postulat, hoc excepto ne oratio decrescat.

De refutatione.

Refutatio est, tota defensoris oratio, & obiectorū utrinque dissolutio. Hæc iisdem locis uititur, sententiis, verbis, & figuris, quibus & confirmatio. Ab eadem differt affectus: quia in hac est mitior, & maior difficultas. Nam vulnerat accusator uno modo: variè sanat patronus. Accusator & testimoniū, & orationem parat, & prouise agit & clamose: non item patronus. Refutandi duo spectanda sunt, quid, & quomodo propositum sit. Si negari pos̄it, hoc optimum: si non pos̄it, vel transferendum est, non esse id quod dicitur: vel defendendum aliqua via. Hoc nisi fiat, causa cedendum. Accedit quidem postrema deprecatio, sed nullius ferè præsidij est. Argumenta infirmiora simul inuadimus: turba valentia singula dissipamus: difficultia nostris comparamus ut maioribus: palam falsa negamus: palam superuacua, contraria, stulta si sunt, reiicimus: si non sunt, ut talia videri pos̄int, elaboramus. Nunc agimus argumēto, nunc affectu, si causa inhonesta, iniqua, improba, inhumana, crudelis. Exemplorum varia sunt genera. Nā variè dissoluuntur. Si leges dicantur esse titulo dissimiles. Si parabolæ deludantur. Si res gestæ dicantur aut fabulosæ, aut dissimiles. Ad obiecta retinenda, hoc tenendum est: Omnia esse repetenda, non ut aduersarius proposuit,

COMPENDIUM

sed pro utilitate nostra. Communia apprehenduntur: pugnacia, vel tanquam pugnantia inter se conferuntur. Arguitur etiam sine arte, refutantur: & eorum multa sunt genera. nam totide, quot inepit loquendi inueniuntur viae. Aduersariæ partis orationem insectari, & mores eius arguere, rarius contingit. Humaniore modo oppugnari, contradicendo poterit. Diligentius est animaduertendum, ne vel aduersariū inuenerimus, vel nos ridiculos præbeamus. Quod fiet, si vel iactata refellamus, vel contra quæ nihil dici poscit. Neq; ad omnia membra fluctuabimus, neq; animū desponebimus: sed & causæ bonā spē præ nobis feremus. Nec semper una contractione contenti erimus. Iam argumenta in omni actione sumēda sunt, siue ad partem, siue ad totum conferantur, siue propria, siue communia. Tractandi etiam loci communes, ubi res postulabit.

Quid enthymema, & quotplex, quibus constet epicheirema, & quomodo refellatur.

Enthymema, & epicheirema, propriè significant argumenti elocutionē siue tractationē: aliquando & argumentū. Enthymema aliquando propositionē & rationem habet. Optimū, si sit à repugnacib; Epicheirema tribus partibus cōficitur, intētione, assumptione, & cōplexione. Quibus si rationes addūtur, illis partibus succedūt. In his tribus variatur ordo dispositionis & cōclusionis: quia certis modis & figuris oratores nō se alligāt: singulāque probari debet, si dubiae fuerint. Quia qui respondet, aut negat cōplexionē, aut intētione, aut assumptionē, aut malā orationē. Nec persequitur orator argumenta, more dialectico, sed ornatius & facilius ad sensum cōmunem accommodat orationem: neq; inter argumentādum repudiat ornatū.

F I N I S.



wy xly
lens
inf
- fegm
by mo
Vib
Lewin
wys sh
Lew
vt deo
so am
Aledor
st dure
n dro
sondon
rymme
wew
ene paff
t dure
haber
ewm
wlo
m
y
m
wt
rem
par





